



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

1. Res. An consecratio Episcoporum sit Ordo? Et opinio negativa affertur.
Ex p. 12. tract. 1. resol.[1.]
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Ref.77. Verum, post
med.

lo enim pretio sunt estimabiles utpote suo modo
spirituales (vt loquitur Suarez acute, & docte) quia
patres sunt hominis sancti, qui fuit templum viuum
Spiritus Sancti. At in hoc argumento pluribus tra-
stanto sunt Theologi, & Iureconsulti doctissimi,
quos, dum tibi per otium licebit, ac libebit, non
erit infructuosum consulere, vnum tamen palceret hinc
monere, videlicet, reliquias etiam aliquo modo duci
vendi, vt ex Abate iam pridem obseruarunt lauda-
ti scriptores, quando expoununt publice adoranda
propter bonum quæstum, & vt inde copiosiores elec-
mofyna colligantur portio, quam vt ad pietatem popu-
lulus magis magisque accendatur, nam quando spe-
ciatur lucrum, tanquam finis principalis, & pretium
rei spiritualis, non velut stipendum laboris pro re-
liquiarum exhibitione suscepit: vel tanquam elemo-
nya, sicut à fideliis oblationum in simonia crimen
incurritur. Secus autem si alios sum, verbi gratia, ad
Gloriam Dei, Sanctorum venerationem, Christiana
plebis solatior; deinde ad aliquam corporis susten-
tationem ea SS. Reliquiarum exhibicio refertur. Hinc
tamen aui nostri Apostatae (Huguenotos intelligo
Ecclesiæ desertores) hinc per fas, hinc per nefas sum-
pliciter occasionem venerabilium reliquiarum cultum
Vigilantij animo, ac stylo traducendi. In quibus non
ultimo fuit excucullatus Lutherus, cuius haec
puta, putaque mendacia, & meret nungae sunt. Uni-
decima Anti-Christi facies est, reliquiarum venera-
tio: bellua planæ, & luci feracissima facies. Hucusque
Ferrand.

2. At Ego puto magis probabiliter in tali ostensi-
one reliquiarum grauem culpam non committi, ra-
tio est, quia ostensione reliquiarum solum intendis
excitate videntes ad elemofynas largiores concedendas

non tamē illos ad eas obligare. Ergo reliquias non
venaliter ostendis; quia ad venalem ostensionem
incedere debebat mutua ostendens, & viuentem
obligatio; At in supradictis textibus solum venalis
quæstus prohibetur. Ergo illa ostensio, quæ venalis
non est, non est prohibita. Dices in Trident. non so-
lum venalem quæstum, sed quemlibet turpem prohibi-
beriat velle ostensione Reliquiarum largiores elemo-
fynas recipere, est turpis quæstus. ergo hic prohibetur.
Respondeo in te non esse turpem quæstum, cum mul-
la largienti elemosynam obligatio imponatur; sed fe-
ri turpem ex intentione: Concilium autem prohibet
quæstum in se turpem, qualis erat venalis, non illum
qui solum ex antecedenti, & extrinsecis sit turpis. Quid
inde confortat; quia Concilium non intendit nouam
prohibitionem inducere, sed antiquam renovare. In-
quit enim: Omnis turpis quæstus eliminetur; id est om-
nis, qui in se turpis sit, & prohibetur, eliminetur.
Antiquus autem solum venalis quæstus prohibitus
erat, ex dicto cap. fin. Ergo à Tridentino hic est so-
lum prohibitus. Adde, solum esse prohibit turpem
quæstum, qui grauiter turpis sit; at acquirere elemo-
fynas gratis oblatas media Reliquiarum ostensi-
onis non est quæstus turpis (attem grauiter: quia non
videtur grauiter offendit Religio, ex eo quod ostensi-
one Reliquiarum temporale lucrum conseqüi intendas.
Sat est si leuiter offendit, si talis temporalis ac-
quisitio non esset per ostensionem Reliquiarum prin-
cipaliter intenta, sed secundariò, nulla ibi aduersa tur-
pitudo. Et ita nostram sententiam tenet Sanchez in
Summa, tom. 1. lib. 2. cap. 43. n. 21. & post illum Ca-
stros Palauis tom. 2. tract. 8. disp. i. punct. 17. quibus ad-
de etiam P. Baldellum in Theol. mor. tom. 1. lib. 3. disp. 7.
num. 22.



TRACTATVS OCTAVVS DE CONSECRATIONE EPISCOPORVM.

RESOLVTIO PRIMA.

An consecratio Episcoporum sit Ordo?
Et opinio negativa assertur. Ex p. 12. tract. 1. Res. 1.

§. 1. **M**ATERIA huius Tractatus non
solum Romæ, sed etiam vbiq; terrarum est satis practicabilis; ideo visum
est ad communem utilitatē, particu-
larem de illa tractatum perficere, & varias difficulta-
tes circa illam hinc inde apud Anteores dispersas, si-
mul magis latè, & clarè, non sine magno labore, in

Sup. hoc vnu disponere, & ideo ad dubium propositum ne-
gatiuè respondent aliqui, vt D. Thomas in 4. dist. 24.
dubio in 10. q. 1. art. 1. quæst. 2. cui addé D. Antonium 3. par. tit. 4.
5. tr. 3. Res. 2. à lia. 1 & cap. 6. S. Bonaventura in 3. distin. 24. 2. part. tit. 2.
hic inf. in quæst. 3. Capreol. ibid. distin. 25. q. 1. art. 1. ibid. De
duabus Res. 2. dist. 23. quæst. 2. & Ricardum ibid. art. 3. quæst. 3.
ad prim. & art. 3. quæst. 2. Bartholomæum Ledesma de
seqq.

Sacramento Ordinis, dub. 5. 8. 9. & 10. & in dub. 5.
Sunt etiam eiusdem opinionis nonnulli Canonici:
Panormitanus e p. ex literis de excessibus Pratoc-
rum, Turrecremata in cap. Cleros distin. 21. num. 16.
& 17. Couartuñas lib. 1. varian. resolut. cap. 10. num. 1.
& è Summissis Sylvestri in verbo Ordo 1. q. 1. dub. 3.
apud Rosell. Ordo 1. num. 4. Tabiena ver. Episcopi
quæst. 8. punct. 2. num. 3. ad finem. Idem de cœl. Sotius 4.
distin. 24. quæst. 2. art. 2. Nugus in 3. part. tom. 1.
quæst. 80. art. 5. Candidus tom. 4. disputatione 4. ar-
tic. 1. dubio 2. & alijs absentes Episcopatum, prout fu-
peradditum Sacerdotio, est Ordinem.

2. Probatum hoc opinio. Primo, quia Episcopatus
prout à simplici Sacerdotio distinetur, non est potest
ad consecrandum, neque administrandum Sacerdoti
conferantur. Secundo, quia alijs est octo Ordines
Ecclesiastici. Tertiò, quia alijs Episcopatus, vt disti-
nctus à Sacerdotio, imprimeret peculiari charactere
Quarto quia vnu Ordo non dependet ab alio, quan-
tum ad necessitatem Sacramenti, ita quod non est ne-
cessarium.

cessarium simpliciter suscipere priorem ad suscep-
tionem posteriorum: etenim si quis suscipiat Presbyte-
ratus absque Ordine Diaconatus, verè ordinatur
ad Sacerdotium, licet peccet, ut patet extra de Clerico
per salutem promoto. At si quis ordinetur, seu conse-
cetur in Episcopum sine Sacerdotio, nihil fit: ergo
signum est quo Episcopatus non est Ordo per se
dubius a Sacerdotio, quia tunc sine aliis Ordini-
bus possit recipi, & tamen non recipitur. Quinto, Sa-
cramentum Ordinis confertur in Sabbathis quatuor
temporum, Episcopatus vero non nisi diebus Domini-
nisi: ergo apparet non esse Ordinem propriè di-
ctum, sicut alios septem, quia eodem tempore con-
fertur. Sexto, in tota Episcopi Consecratione nulla
apparet forma, nec materia Sacramenti, sive species
viationes, sive traditiones baculi, & impositionem
mitrae, & alias ceremonias: ergo non est Sacra-
mentum. Septimo, & hæc est efficacior ratio, quia adduci
possit Communis, & antiqua traditio Ecclesie ha-
bit, quod sunt tantum septem Ordines sacri Ecclesie
sacerdotii: ergo Episcopatus non est Ordo sacerdoti.
Octauo, omnis Ordo sacerdotiorum ad sanctissimum
Eucharistie Sacramentum; hic enim est actus excel-
lentissimus super omnes: at Ordo Episcopatus non
ordinatur ad actum Eucharistie, ergo.

RESOL. II.

*Opinio affirmativa adducitur; & probatur Episcopa-
tum esse verum Ordinem. Ex parte 12. tractat. 1.
Relata.*

§. 1. His tamen non obstantibus, licet ego olim
ad huic sententiam adhaeserim, tamen modò
affirmative sententiae adhaereo, quam tuenter com-
munit Neotericis, ut Lambertus in 3. partem, tom. 3.
de Sacramento Ordinis, disputatione art. 3. Petrus Sotus
lib. 4. de Sacramento Ordinis, Beccanus cap. 26. quæst. 3.
Tannerus tom. 4. disputatione 7. quæst. 2. dubitatur. Valquez
disputatione 4. Hurtadus difficultate 7. Gerunda
in Episcopo tom. 1. lib. 8. disputatione 6. cap. 3. num. 4. Medina
lib. de Calabatu cap. 16. Caietanus tom. 1. opusculorum
tract. 10. Martinus Fornarius cap. 1. de Ordine. Bellar-
minus lib. 1. de Sacramento Ordinis cap. 5. Valentia
in 3. part. disputatione 9. q. 1 p. art. 4. §. Secundum controversam,
Emmanuel Sæ verb. Ordino. 7. Gabriel Vasquez tom. 3.
disputatione 240. cap. 3. Aegidius Coninch. de Sacram.
disputatione 10. dub. 2. Tolent. lib. 1. Summa cap. 71. Dominitus
Chamerota tract. de Sacram. tract. 1. de Ordine sacro,
cap. 1. dub. 3. Paulus Layman. Moral. Theologia. lib. 5.
nihil 9. c. 6. 7. in fine & c. 4. n. 3. Machinus de Sacram.
Ordinis tract. 1. p. 1. c. 1. n. 3. & ex Canonistis Glossa
in Proemio si verb. Episcopus, Abbas c. Aquæ de Con-
secratione Ecclesie, & alij, tum hic, tem in c. Cleros
disputatione 21. & in cap. perleculis disputatione 25. Nauar. in Manual.
c. 1. n. 18. Cardinalis Tuschus verb. Ordino. conclusio 289.
n. 10. allegans Bartolom. in 1. 1. §. Si quis si de appellat.
& ex Theologis veteribus Scotus in 4. disputatione 4. art. 2.
Durandus quæst. 6. num. 8. Maior Almayn. eadem
disputatione 24. Altisiodor. lib. 4. Summe, cap. de Sacra-
mento Ordinis.

2. Probatur hæc opinio, primò ex sacris litteris 1.
ad Timoth. Noli negligere gratiamque data est tibi per
Proprietatem cum impositione manuum Presbyteri, Et 2.
ad Tim. 1. Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, qua
est in te per impositionem manuum mearum. Ex quo
veroque Scripturæ loco hic conficitur argumentum
illud, quod ait ibi Apostolus se dedisse Timotheo
per manum impositionem, est quidam Ordo Ecclesiasticus
propriè dictus, quia Trident. sessio 23. cap. 3. ex
Tom. IV.

hoc veroque loco probat Ordinem esse Sacramen-
tum, & proinde id cui Tridentum ait apud Apostolum
ibi conuenienter rationem Sacramenti, debet esse
Ordo Ecclesiasticus propriè dictus; alias nulla, &
vana effet talis probatio; atqui illud, quod Apostolus
duobus illis locis ait se dedisse Timotheo per ma-
num impositionem, est dignitas Episcopalis, seu
Episcopatus, ut interpretantur S. Chrysostomus
komit. 13. in prima Epistola ad Timotheum, Theophylac-
tus, S. Anselmus, & S. Thomas ad priorem locum:
Igitur Episcopatus est quidam Ordo Ecclesiasticus
propriè dictus. Similiter probatur ex eodem Tridentino
cap. 4. vbi consecrationem Episcoporum vocat
Ordinationem. Similiter ex eo, quod ibidem Can. 6.
definit esse Hierarchiam in Ecclesia, quæ constat ex
Episcopis, Presbyteris, & Ministris: nam omnis, &
quilibet gradus, seu status componentes essentialiter
Hierarchiam Ecclesie, est Ordo Ecclesiasticus pro-
priè dictus: quia Hierarchia Ecclesie nihil est aliud
quam quedam subordinatio ministeriorum Ecclesie;
secundum quam alij alii præficiuntur in adminis-
trando rebus diuinis: atque Episcopatus ingreditur
essentialiter tanquam nobilissimum quoddam mem-
brum Hierarchicum Ecclesie, ut patet ex cit. can. 6.
Ergo Episcopatus est Ordo Ecclesiasticus propriè
dictus.

3. Probatur secundò ex Pontificibus, qui vocant
Episcopatum Ordinem; sic Anacletus epif. 3. cap. 1.
Caius Papa in enumeratione Ordinum illum recipit,
dicte duos esse Ordines Sacerdotum in Ecclesiis
Majorum scilicet, id est, Episcoporum, & Minorum,
id est simplicium Sacerdotum, vide S. Epiphanius
heresi 75.

4. Probatur tertio ex rationibus: Ordo enim pro-
priè dictus, est potestas, seu gradus secundum quem
alius est alio superior, vel inferior in ordine ad confi-
ciendum Sacramentum Eucharisticum in altari: atqui
Episcopatus constituit hominem alii Superiorum,
etiam in ordine ad conficiendum Sacramentum alta-
ris: nam eis quatenus condistingunt à Presbyteri-
atu, non ordinetur per se ad consecrandum Christi
Domini Corpus, & eius Sanguinem, sed potestatim
illud consecrandi supponat: nihilominus tamen or-
dinatur ad illud, in quantum per huiusmodi gradum,
ita homo alii Superior constituitur, ut possit illis
date potestatem consecrandi Corpus, & Sanguinem
Christi Domini in altari: quia proprium Episcopo-
rum est generare, seu creare Sacerdotes, & hoc illis
competit: ergo Episcopatus erit Ordo Ecclesiasticus
proprium dictus. Maior habetur ex dictis, & con-
firatur amplius ex eo, quod Trident. sessio 23. cap. 23
significet diversos ministeriorum Ordines, ideo fuisse
in Ecclesia institutos, ut ex instituto inseruerent Sa-
cerdotio: & proinde cum dignitates, & officia gra-
duis rectè definiantur per habitudinem ad proprios
suos fines, sicut, & potentia per ordinem ad pro-
prios suos actus, & obiecta; etiam Ordo Ecclesiasticus
propriissimum dictus rectè definitur per respectum
ad celebrationem, seu confectionem Corporis, &
Sanguinis Christi Domini in altari, quæ proprie
competit Sacerdoti. Deinde vbi est distincta materia,
& distincta forma, ibi est distinctum Sacramentum
sed Ordinatio Episcopi habet distinctam formam
à forma Sacerdotiali, ut constat ex 1. pontifici, habet
item distinctam materiam. Denique ab ipsa Ordinis
definitione validum sumo argumentum. Ordo est
signaculum quoddam per quod spiritualis potestas
traditur ordinato: sed ordinatio Episcopi est signum
sacrum, per quod ordinandi, & confirmandi potestas
illi tribuitur: ergo ordinatio Episcopi est verus
Ordo. Et tandem Concilium Tridentinum sessione 23.

D d cap. 3.

N A
ria
IV. V.
II